Digitale Westfälische Urkunden-Datei (DWUD) - http://www.dwud.de - a1045987

Beiheft. S. 65

[um 1269 Aug. 11.] [18

Das Stift Vreden trifft Beſtimmung bez. Ausführung der vorhergehenden Urkunde.

. . Nos . . preposita, decana totumque capitulum in Vredene volumus, ut annona seu siligo notata in presenti pagina, quam domina Elyzabeth de Lapidea domo pro remedio anime sue contulit nobis et ecclesie nostre singulis annis distribuendam, presentetur super granarium nostrum domine cellerarie, et ipsa distribuat eandem siliginem solummodo domicellabus pertinentibus ad officium, quod dicitur tor ware, et tribus sacerdotibus presentialiter deservientibus. De residuo vero eadem domina celleraria procurabit, quod necessarium fuerit in anniversario eiusdem domine E. supradicte.

Auf der Rückſeite des Originals von 1269 Aug. 11, Lade 217, 1 Nr. 8. — Kopie im Lib. cat. fol. 111 u. Kopiar fol. 19.

© LWL-Archivamt für Westfalen, Internet-Portal "Westfälische Geschichte" - LWL 03/2007